



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae, 1524**

**VD16 B 9232**

[Capvt I.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36165**

# IN EPISTO

LAM PAULI AD COLOSSEN

ses Annotationes Ioannis Bugen-  
hagij Pomerani.



Præ eadē est hęc epistola cum episto-  
la ad Ephesios, nisi quod hęc breui-  
or est, & quod hic apertius dānat do-  
ctrinas humanę philosophię, id est  
sapiētię & rationis humanę: quę ni-  
hil nouit nisi elementa, id est res externas huius mundi,  
in quibus ratio per hypocrisim fingit cultum dei, & ius-  
tificationem, cum solus deus iustificet, non nostra ope-  
ra, aut satisfactio: & in spiritu uelit adorari, qui bono-  
rum nostrorum nō indiget. Nihil enim tam aduersum  
fidei, id est saluti nostrę, quàm ubi ratione humana  
quę dei sunt æstimare cœperimus. Quando enim ipsa  
non negabit deum hominem factum, & propter te-  
ctum, passum, mortuum, resuscitatum: quando non  
persuadere nititur non esse remissionem peccato-  
rum (quando quidem facta infecta fieri non posse) aut  
quando ipsa persuadebitur esse uitam post hanc, es-  
se resurrectionem carnis post carnis interitum, de o-  
mnibus esse reddendam in iudicio futuro rationem.  
Sed ne hoc quidem credit, quod tamen in quibusdam

IN EPIS. PAULI AD COLOS. 32

hominibus coram uidet, hominē scilicet posse spiritū  
 dei immutari in hac uita, ut plane sit alius quā ante  
 fuerit. In summa, animalis homo non percipit ea quæ  
 dei sunt: Stultitia enim est illi. Hæc (ut Iacobus ille uo-  
 cat) est sapientia terrena, animalis, diabolica, quæ sapi-  
 entia effinxit nobis uarios dei cultus, & uarias secu-  
 dū elemēta mundi obseruantias: quibus omnibus, si uē-  
 re essemus Christiani, debebamus in Christo esse mor-  
 tui, & felix agere sabbatū, ut solū Christū habentes,  
 omnia haberemus: id est, ut nihil æstimaremus necessa-  
 rium ad salutē, nisi solum Christum: & omnia alia esse  
 libera pro usu nostro & proximorum uel faciēda,  
 uel omittēda. Quid quæso traditionibus hominū ue-  
 xamur, quum debeamus scire & legem, quam olim tu-  
 lit deus, esse per Christum in cruce abrogatam, non ut  
 non fiat, sed ut non facta damnare, aut reos agere non  
 possit: quippe qui ex deo didicimus, nō opera legis, sed  
 Christum nostram esse iustitiam. Præterea accedunt Interpellat  
 ad maiorem orbis seductionē fictæ illæ reuelationes, p nobis. ro  
 unde suppullularunt superstitiones, & prodigiosi cul 8. 1. Tim.  
 tus angelorum, & sanctorum, & fictæ religiones. In 2. Media-  
 quibus sperare & confidere didicimus in iniuriā con- tor unus.  
 ditoris dei, & seruatoris, intercessoris & mediatoris Heb. 4. &  
 unius domini nostri Iesu Christi. Atq; ut talia confir- 6. Pōtifex.  
 marētur, abusi sumus ministerio uerbi, & detorsimus 1. Io. 2. Ad  
 scripturas, cōuertentes dei ueritatem in mendacium. uocatum.

O  
 S E N  
 n episto  
 c breui  
 ānat do  
 e, id est  
 quæ ni-  
 mundi,  
 i, & ius  
 tra ope  
 ui bono  
 uersum  
 umana  
 im ipsa  
 r te fa-  
 do non  
 ccato-  
 fe) aut  
 nc, ef-  
 de o-  
 onem.  
 usdam

ANNOTAT. IOAN. POM.

Cuius rei reliquias ( postquam cessauerunt scripturae  
 predicari) adhuc uidemus in cātu, & lectionibus illis  
 publicis, quae secundū ordinationē, ut uocant, ecclesie  
 de sanctis legūtur & cantātur. In primis de beata uir-  
 gine matre saluatoris, de qua omnia ferè legūtur, quae  
 de Christo, & dei sapientia scripta sunt. Item, abusi su-  
 mus uenerādo sacramēto corporis & sanguinis Chri-  
 sti, dum missas fecimus in commemorationem sanctae  
 Annae, Sebastiani, Petri, pro defunctis, &c. contra in-  
 stitutionē Christi, qui fidelibus uoluit hoc sacramentū  
 non offerri, sed edi in sui cōmemorationē. Sed nundina-  
 tionē fecimus Christi sacramentū. Ad hęc credo Pau-  
 lū uere adpellasse religionē angelorū, uitā (ut uocāt)  
 angelicam, coelibatū illū maledictū, sicut fructus hodie  
 ostendūt: quem coelibatū, mirū, quanta sanctitate ope-  
 rum & ceremonijs, id est ficta hypocrisi ornauerunt:  
 ut hoc dæmonium meridianum non uideretur, nec a-  
 gnosceretur angelus satanae in angelum lucis transfor-  
 matus? Fuerunt olim sancti martyres, & pij homines,  
 uirgines coelibes, casti secundum dona spiritus dei: sed  
 non senserūt singularia dona omnibus oportere secun-  
 dum necessitatē salutis esse cōmunia. Curauit ergo dia-  
 bolus, ut ex donis dei singularibus homines impij in-  
 felicissime facerent statuta & praecepta, praezipien-  
 tes ut haberemus in carne uitam angelicam, quae da-  
 ta nobis non esset. Perinde ac si praeziperent, ut sub-  
 lato

lato corpore, iam more uolucris, in aëre uolaremus, precipientes inquam impie, quæ deus non præcepit. Hancine putas religionem angelorum de qua Paulus loquitur? Hæc ut sic intelligant facit, non solum quod talem uitam uocant angelicam uitam, sed etiã quod fertur in Paulo de cibis, fortasse etiam de coniugio, sicut alibi dicit: Bonum est mulierem non tangere. Ne tetigeritis (inquit) neque gustaueritis &c. Quia duo hæc scilicet prohibere nubere, & abstinere à cibis, ad Timotheum dicit docenda in nouissimis temporibus ab illis, qui discedunt à fide, & attendunt spiritibus erroris, qui non sunt à deo, & doctrinis demoniorum: & loquuntur in hypocrisi, & fictæ religionis mendacium: & cauteriatam habentes conscientiam, nescientes de quibus adfirmant, & ut hic dicitur, quæ non uiderunt, id est intellexerunt. Hæc omnia signa & prodigia mendacia secundum operationem satanæ uenerunt super illos qui percunt, ut dicitur 2. Thessal. 2. Quia ueritatis dilectionem non receperunt, ut sani fierent. Ideo, ut ait, misit illis deus operationes erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Hæc futura facile potuerunt præuidere apostoli dei: nam ipsis etiam prædicantibus cœperunt apparere iustitiæ operum in iniuriam gratiæ dei & Christi. Contra quod quàm acriter obstiterint apostoli, non ignoramus ex

## ANNOT. IOANNIS POMERANI

eorū scriptis. Et uiderunt spiritu, quem habebant (ut et hodie spiritualis homo hoc facile uidere posset) hoc ipsissimū Antichristi esse regnum, sed nouissimis temporibus reuelandum: sicut scribitur 2. ad Thessal. 2. *Mysterium iniquitatis iam operatur, ut reuelatur in tempore suo. Et 1. Ioannis 2. Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quod Antichristus uenit, nunc autem Antichristi multi facti sunt &c. Igitur hæc quæ iam diximus in hac epistola, sunt singularia præ epistola, quæ scripta est Ephesijs.*

### Locos insignes si cupis.

In secundo capite sunt ea quæ diximus, scilicet, damnatio traditionum humanarum, iustitiæ operum legis & fictarum religionum. In primo est plena prædicatio euangelij, id est potentiæ & usus Christi, sicut & in Ephesiorum epistola. In tertio & quarto, paræneses morum Christianorum.

### Per uoluntatem dei.

Non sicut pseudapostoli, qui non uocati sese ingerūt ad prædicandum & docendum, Hier. 23. *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.*

### Fidelibus in Christo,

Id est, qui credentes & Christiani sunt, non per aliam quàm per Christum. Patrem Christi uocat, quem

IN EPI. PAULI AD COLOS. 34

ante dixit patrē nostrum. Habemus ergo cum Christo patrem cōmunem: ergo & nostra sunt omnia, quę dei sunt. Oremus ut proficiat Euangelium in auditoribus, gratias agimus sicubi profecerit.

**Audiuimus.**

Nā Colossenses non accesserat Paulus, ab Epaphra autem audierant Euangelium: ut in hoc capite primo uides. Et iam habebant Archippum apostolū, siue pastorem, ut uides in fine epistolę.

**Fidem.**

Fidē dicit in Christo, & charitatē in oēs sanctos, reata distributione. Nunc oīa peruertimus, fidē & fiduciam habemus in operibus, non solum bonis, ut uiderē possent, sed etiā planē puerilibus: & nullo opere benefacimus sanctis, id est fratribus, sicut supra adpellauit. Charitas enim in scripturis est officiū in proximū. Fides uero est in solo deo per Christū hęrere, secundū eius uerbi promissionē, ut cūq; tibi acciderit tentatio.

**Propter spem &c.**

Ergo Paulus facit charitatē, & opera nostra in proximū mercenaria, quod ppter opera bona recipiamus mercedē in cęlis, quū tamē scriptura auferat à nobis omne meritū, ut in Psal. Non intres in iudiciū &c. Itē, In tua iustitia libera me domine. Item, Doce me iustificationes tuas, Et Esa. 64. Omnes iustitię nostrę quasi

ANNOT. IOANNIS POMERANI

De merce-  
de operū.

pannus menstruatæ. Respondeo, Paulum hoc omnium  
minime dicere. Loquitur quidem quandoq; scriptura  
quasi merces debeat pro opere, & quasi meritū tuū  
sit si opereris, cum tamen, si recte intuearis scripturā,  
dicat mercedem reddendam pro opere non deberi, si-  
cut reddita est illis qui hora undecima uenerant ad ui-  
neam, & una hora laborauerant: ubi certum est quod  
illis merces totius diei non debebatur, sed uoluntate  
patris familias acceperunt, non merito suo, & tamen  
pro opere. Volo (inquit) huic nouissimo dare sicut &  
tibi. An non licet mihi facere quod uolo? Bonorum no-  
strorum non indiget deus. Vnde ergo tibi meritum?  
Vult tamē nos operari, & nobis mutuò inseruire gra-  
tis, & libera charitate, sicut fratres carnales seruiunt  
infirmis fratribus spe præmij recipiendi à patre: quia  
pater promisit hoc & illud se daturum, alioqui ta-  
men seruituri, etiam si nihil daretur, quia diligunt &  
patrem & fratres. Vides quod hic non sit mercenaria  
seruitus, sed charitas. Sic Christus dicit Ioannis 14.  
Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem & c. Pau-  
lus ad Rho. 8. Siquidem compatimur ut & glorifice-  
mur. Sic loquitur quasi pro passione nostra debeat  
nobis gloria, sicut & Christus dicit: Oportuit Chri-  
stum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed ut dixi,  
hic nō opus siue passio inspicieda est, sed bona uolūtas  
dei patris uolētis filiū per ignominiam glorificari. Nō



sic exponit seipsum Paulus in eodem cap. Nō sunt con-  
digne &c. Igitur quod de merito ex alijs locis obijci  
solet, uel ex hoc uno loco quem iam tractamus solui  
potest, tantum abest, ut hic confirmetur. Charitas ex-  
hibetur in sanctos propter spem repositam in cœlis,  
quam spem concipis ex promissione dei promittentis  
cœlestia, si hoc & illud feceris. Quemadmodum si cen-  
tum aureos tibi promitterem, si propter me ires in fo-  
rum: id quod aperte hic sic dicitur. De qua spe prius  
audieratis per sermonem ueracem Euangelij. Vides  
nos fecisse bona propter spem: non quod aliquid debe-  
batur operi, sed quod pro opere promissum erat. So-  
lius ergo uerbi dei fiducia facienda sunt bona ad pli-  
cendum deo, ut omnia fiant ex fide.

Per sermonem ueracem Euāgelij.

In Græco est Hebraismus, multo efficacius signifi-  
catus, in sermone ueritatis Euāgelij. Euangelij dici-  
tur sermo ueritatis, non solum ideo quod in se uerum  
est: sed multo magis quod ueraces facit, & talia corda  
quale ipsum est: alioqui sine Euangelio omnis homo  
mendax. Est autem Euangelium cognitio gratiæ, &  
misericordiæ dei per Christū &c. Id quod subdit, Au-  
distis & cognouistis gratiam dei per ueritatem. Per  
ueritatem, siue ( ut Hebraismus in Græco habet ) in  
ueritate audire, & cognoscere gratiam dei, est nō ua-  
ne audire, non uane scire & legere de gratia Euange

Spes  
in promissio

ANNOT. IOANNIS POMERANI

lica: sed fide intelliguntur promissiones dei. Quae fide  
& intelligentia spiritus dei imbuit, & perfundit cor-  
da nostra, ut fructificet Euangelium in nobis: quod si  
uere in nobis est, sine fructu esse non potest. Semē enim  
quod cecidit in terram bonam, aliud protulit fructum  
centesimum &c. Alioqui fides ficta est, & charitas si-  
mulata, ut Paulus uocare solet. Fidem autem ueram  
hic uocat sermonem ueritatis Euangelij, fructificantē  
auditū, & cognitionem gratiae dei per ueritatem: di-  
lectionē in spiritu, id est non carnalē, non fictam &c.

Propterea & nos.

Hoc & postulat ad Ephe. 1. & serē ubiq; qui crede-  
re cœpit, scit quidem per dei gratiam se uere credere;  
sed nunquam satis & perfecte credere, ut semper esu-  
riat & sitiatur iustitiam, quae est ex fide, donec sature-  
tur: id quod in hac uita non erit, 1. ad Cor. 13. Videmus  
nunc per speculum &c. tunc autem cognoscam sicut  
& cognitus sum. Ad Philipenses 3. Ego non arbitror  
me adprehendisse &c. Circumcisio spiritualis semper  
circūcidit, & baptismus ignis & spiritus semper ex-  
urit, & carnem consumit donec consumetur. Hic uero  
uide Christiani pectoris obsequium, quod non solum  
coram deo sollicitum est pro se, sed & pro alijs, ut cre-  
scant in cognitione dei, donec occurramus omnes  
Christo in uirum perfectum, ad Ephe. 4. Ut discerna-  
mus inter uoluntatem dei & nostram: deus enim nos

Circumcisio  
Baptismus spiritualis

regit sua uoluntate contra uoluntatem nostram. ad  
 Rhomanos 12. Ut probetis quæ sit uoluntas &c. Tan-  
 ta enim per Christum gratia contigit, ut ne unquam  
 quidē satis intelligi & credi possit: imò hoc ipsum quod  
 credimus, et in fide credimus, nullo nostro ingenio aut  
 studio fit: sed per immensam dei operantis in nobis po-  
 tentiā, qua suscitauit Iesum Christum à mortuis &c.  
 ad Ephe. 1. Id quod hic quoque ita dicit, Omni robore  
 corroborati iuxta potentiam gloriæ illius. ad Ephe.  
 6. Confortamini in domino, & in potētia uirtutis eius  
 &c. 1. Thessa. 2. Deus operatur in uobis qui credidistis.  
 Hæc scilicet est uis Euangelij, id est potentia dei  
 per Christū aduersus peccatū, mortē & infernū, tam  
 scilicet potens est fides, id est cognita misericordia dei.

Vis uan-  
 gels

Sapientia & prudentia.

Vbi absolute ponuntur in scripturis, nō uana sunt uo-  
 cabula, ut apud philosophos: sed significant ueram, id  
 est non mundi sapientiam & prudentiam: id quod hic  
 addit dicens, In omni sapientia & prudentia spiritua-  
 li. Est ergo sapiētia, ut noris ea quæ dei sunt. ad Ephe.  
 1. Ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det  
 uobis spiritū sapiētiae & reuelationis. Prudentia uero,  
 ut noris cauere quicquid huic sapiētiae aduersum est,  
 doctrinas & traditiones humanas, et omnes aduersa-  
 rij insidias, qui id nititur ut à simplicitate, qua simplis-  
 citer uerbo dei inhaeremus, nos abducatur, quæ admodū

Sapientia.

Prudentia.

## ANNOT. IOANNIS POMERANI

Euam, ut dicitur 2. ad Corinthios II. Hac prudentia  
nō minus est opus quā sapiētia prædicta: sicut iubet  
dominus, ut simus prudētes sicut serpētes, & ut semp  
uigilemus. unde ad Ephe. 6. Non est nobis lucta &c.

### Ad omnem tolerantiam.

Potentia dei in nobis operatur, non solum ut creda  
mus, sed etiam ut patiamur pro Euangelio, & hoc cū  
gaudio, id est libero spiritu, ad Philip. 1. Quia uobis  
donatum est &c.

### Gratias agentes patri &c.

Hæc est amplificatio gratulationis, qua describit  
Euangeliū, id est amplitudinē potestatis & misericor  
diæ per Christum nobis exhibitæ. Sicut ad Ephes. 1.  
Benedictus deus etc. Qui, inquit, idoneos nos fecit, nō  
nostra merita, ut participes nos simus sortis sancto  
rum: id est ut habeamus cōmunionē hæreditatis cum  
sanctis, quæ est in lumine, id est cognitione Euangelij.  
Contrà, ubi ista cognitio Christi non est, tenebræ sunt  
& error, 2. Corinth. 4. Quod si etiam opertum est  
Euangelium nostrum &c. ad Ephe. 5. Eratis quando  
quidem tenebræ &c. Regnum Christi est regnum lu  
cis, regnum mundi est regnum tenebrarum. Christus  
est lux mundi, diabolus est excæcatio mūdi, 2. Corin.  
4. In quibus deus huius seculi &c. Vnde in Euange  
lio, illi qui uidebātur esse in regno lucis quasi fideles;  
quia

IN EPIS. PAULI AD COLOS. 37

quia fidem non habent, quam solam hoc regnum requirit: eijciuntur in tenebras exteriores, id est in tenebras illas quæ extra hoc regnū sunt. Nō enim (ut hoc obiter dicam) cōuenit mihi cum illis, qui tenebras exteriores dictas putant, quod etiā, ut aiunt, sint aliquæ tenebræ interiores: sed simpliciter intelligo intus esse lucem, extra esse tenebras, & in tenebras quæ extra sunt, ruere eum qui eijcitur è consortio lucis.

Tenebræ  
exteriores.

Transtulit in regnum filii, &c.

Ergo qui sumus in Christo, non diligere non possumus à deo, quia diligit Christum, in cuius regnum translati sumus, & cuius capitis mēbra facti sumus, ad Ephe. 1. Qui dilectos reddidit nos in dilecto filio suo. Vnde sequitur: Per quem habemus, &c.

Qui est imago dei, &c.

Amplificatione adhuc latius excurrit, faciens Christum caput & principium ubiq; , siue inspicias opera creationis, siue opera recreationis & redemptionis, ibi est ipse primogenitus ante omnem creaturā, omnis creaturæ author & dominus. Hic uero est primogenitus ante omnem creaturæ glorificationem. Primus qui resurrectione glorificatus sit, nouæ creaturæ author et dominus, caput corporis ecclesiæ, &c. Quoniam sic placuit patri (ne quid meritis hominum tribuatur) ut omnia essent in Christo, per quem sicut omnia condi-

## ANNOT. IOANNIS POMERANI

ta sunt: ita & perdita reuiuiscunt per sanguinem crucis, & corpus carnis suæ quod adsumpserat. Hæc omnia magna persuasione confirmant fidem nostram. In quo enim non securos iubet nos esse pater, qui dedit nobis filium, & cum illo omnia quæ habet? Rhom. 8. Vnde ad Heb. 1. Filium constituit hæredem omnium, per quem etiam secula condidit &c.

### Inconspicui.

Ioann. 1. Deum nemo uidit unquã, deum nemo cognoscet, nisi per hanc uiuam, & ut ita dicã, substantialem imaginem, id est Christum. Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Habitat enim pater lucem inaccessibleem, ad quam ratio adcedere non potest, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. 1. Timoth. 6. Idcirco uerbum caro factum est, ut per stulticiam cognosceretur deus, qui per sapientiam cognosci non potuit, 1. Corinth. 1.

### Primogenitus uniuersæ creaturæ.

Id est, genitus in diuina natura ante omnem creaturam, quod omnia creata sint per illũ & in illum, siue propter illum, & omnia per illum & in illo conseruentur, ut dicitur ad Hebr. 1. Portans omnia uerbo uirtutis suæ.

### Siue throni &c.

Id est, sit etiam quæcumq; potestas, siue in celo siue

in terra, siue in inferis, ut diximus ad Ephe. 1. Nihil ergo est quod ex hoc, & similibus locis sibi uenentur quidam nomina chororum angelorum sine scripturae consuetudine.

**Primogenitus ex mortuis.**

1. ad Corin. 15. Primitiæ dormientiū Christus dicitur, per quem est resurrectio mortuorum, sicut per Adam mors. Primus resurrectione glorificatus est, ut nos omnes resurrectione glorificaret. ad Rhoma. 4. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostri. Sunt quidem aliqui ante Christi resurrectionem olim resuscitati, sed plane ad uitam animalem, quam antea habuerant, quā rursus oportebat per mortem deponere. Resurrectio autem est renouatio, qua corpus animale fit spirituale, & mortale immortale. 1. ad Corin. 15. Cuius resurrectionis Christus est primogenitus.

*Resurrectio*

**Pacificatis &c.**

Hanc pacē fecit conscientijs nostris, ut pax sit iā nobis cum omnibus creaturis, siue quæ sunt in cœlis, siue quæ in terra, atq; adeò cū ipso creaturarū conditore. uide ad Ephe. 1. Proposuit in seipso restaurare &c.

**Et uos qui quondam.**

Ad Ephesios secundo.

**Inimicos mente.**

## ANNOT. IOANNIS POMERANI

Id est, Ignorantes dei, cōtempores dei, blasphemos in deum, &c. Vt non cogites solum adfectus illos crassos, & fructus solum impietatis: sed ipsam impietatem & radicē uitiorū, id est ipsum penitus latentē Adam.

## Sanctos

Id est, purificatos spiritu. Irreprehensibiles, id est nō hypocritica iustitia. Inculpato siue inexcusabiles, id est, qui quamuis peccatores, tamē accusari non possunt, ne dei quidem lege propter fidem in Christū, qui est iustitia credentium.

## In conspectu suo,

Mire additum est. Sunt enim qui uidentur sancti in conspectu hominum, qui coram deo non sunt: rursum sanctorū gloria corā mundo damnatur, sed in conspectu dei gloriosa est. In cuius cōspectu tantum abest, ut displiceant sancti, ut etiā hoc ipsum quod uidetur mundo pessimum, id est mors, uertatur eis in salutem, ut in Psalmo: Preciosa in conspectu dei mors sanctorum.

## Siquidem.

Hic uides fundamentum in quo nos consistere ubique uult: reliqua omnia nihil sunt sine fide & spe.

## Nunc gaudeo.

Ad Philippenses 2. Quinetiam si immolor &c. Ad Ephesios 4. Obsecro uos ne deficiatis, &c. Gaudet



IN EPIS. PAULI AD COLOS. 39

Paulus, quia sua afflictione & passione, siue uinculis suis confirmat Colossensibus, et omnibus fidelibus euangelium, &c. Atq; hac imagine, id est cruce, commendat se esse ministrum Euangelij: sicut alibi dictum est.

Et suppleo, &c.

Non intellige diminutã fuisse Christi passionem, ut oportuerit pati Paulum pro nobis: id quod ineptissime simul & impie dixeris, & cõtra Paulum qui supra dixit: Pacificatis per sanguinẽ Christi, &c. Et ad Cor. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? &c. Sed ita accipe, Christus passus est, & omnes sancti patiuntur imitatione Christi, secundum illud, dicens: Qui pie uolunt uiuere in Christo persecutionem patiẽtur. Et certum est nondum esse passos sanctos, qui adhuc passuri sunt. Sicut nondum passus erat Paulus, quando adhuc passurus erat. Hoc ergo adhuc deest, qd' nondũ factum est, & fieri oportet. Sunt autem afflictiones sanctorum afflictiones Christi, sicut clamat ad Paulũ: Saule Saule quid me persequeris? Id quod maxime nos consolatur, quod passiones nostræ sunt Christi, quæ utcumque patiamur, ita placent deo patri, sicut Christi passiones placuerũt, ne dubitemus nos cum Christo glorificandos, si cõpatimur. Atq; hæc patitur Paulus pro ecclesia, id est pro Euangelio, quod prædicauerat ipsi ecclesie, sua passione confirmando. Sicut enim nemo sibi uiuit aut moritur, ad Rhom. 14. sic nemo sibi patitur.

**ANNOT. IOANNIS POMERANI**

*Omnia electis cedunt in bonum, &c.*

**Iuxta dispensationem.**

*Hæc dicit contra pseudapostolos non uocatos à deo*

**Mysterium.**

*De mysterio, quod gentes pertineant quoque ad Euangeliij gratiam, dictum est ad Ephe. non semel.*

**Diuitiæ &c.**

*Quod scilicet gratis donat peccata, quod reliqua non imputat, quod omnia etiam pessima facit cedere in bonum, quod confedere nos facit Christo in cœlestibus.*

**Perfectum.**

*Id est credentem, & fidentem soli deo per Christum  
Id quia cœpit in nobis, pro perfectione nobis imputatur, qui desistere nolumus, donec à deo, qui cœpit, perficiamur. Philippenses 3. Non quod apprehenderim, aut quod iam perfectus sim, etc. Et mox, quotquot itaque perfecti sumus, &c. Vnde hic notanter addit, perfectum in Christo Iesu, in quo tibi nihil deest, qui in te nihil habes.*

**Ad quod.**

*Id est, ut hoc munus perficiam. Vide hic quàm efficaciam spiritus dei in se senserit Paulus, ut non præsumat docere, qui nullo animarum zelo tanguntur, qui suatum querunt, nihil solliciti pro ouibus, &c.*